noli peccare. ne d&erius tibi aliquid contingat;
Abiit ille homo. & nuntiauit iudeis quia ihesus esset
qui fecerat eum sanum; Sabbato in xii lectiones …
In diebus illis; locutus est — lec. lib. deuteronomii
moyses ad dominum dicens; Respice domine de sanctuario tuo.
de excelso celorum habitaculo. & benedic populo
tuo israhel. & terrae quam dedisti nobis. sicut iurasti patri
bus nostris; terram lacte & melle manantem; Audi israhel.
hodie dominus deus tuus praecepit tibi. ut facias mandata eius.
atque iudicia. & custodias ex toto corde tuo. & ex to
ta anima tua; Dominum elegisti hodie. ut sit tibi deus. & am
bules in uiis eius. & custodias ceremonias illius. & man
data. atque iudicia. & oboedias eius imperio; & dominus ele
git te hodie. ut sis ei populus peculiaris; sic locutus est
tibi; ut custodias omnia praecepta eius. & faciat te excelsio
rem cunctis gentibus quas creauit in laudem & nomen
& gloriam suam; & sis populus sanctus domini dei tui. sic locutus est
In diebus illis. dixit — lec. lib. deuteronomii — tibi;
moyses filiis israhel. si custodieritis mandata quae ego
praecipio uobis & feceritis ea. ut diligatis dominum deum uestrum
& ambuletis in omnibus uiis eius. adherentes ei, disper
d& dominus omnes gentes istas ante faciem uestram. & posside
bitis eas quae maiores & fortiores uobis sunt; Omnis lo

Heidelbg. UB. Sal. 9, 49, fol. 113r

Sal. 9, 49, fol. 113r 113r
Heidelberg UB

in comessationibus & ebrietatibus non in cubilibus
& inpudicitiis non in contentione & emulatione; sed in
duimini dnm ihm xpm. SEQ SCI EUG SCD MATHEU

In illo tempore Cum adpropinquassent hierusolimis
et uenissent bethfage ad montem oliueti tunc ihs misit du
os discipulos dicens eis; Ite in castellum quod contra uos est.
& statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea sol
uite & adducite mihi; et si quis uobis aliquid dixerit dici
te quia dns his opus habet & confestim dimittet uos; hoc
autem totum factum e. ut impleretur quod dictum est p
prophetam dicentem; dicite filie sion ecce rex tuus uenit
tibi mansuetus sedens super asinam & pullum filium sub
iugalis; euntes autem discipuli fecerunt sicut precepit illis
ihs; et adduxerunt asinam & pullum & imposuerunt super eos
uestimenta sua & eum desup sedere fecerunt; plurima autē
turba strauer uestimenta sua in uia; Alii autem cedebant
ramos de arboribus & sternebant in uia; Turbe autem que
precedebant & que sequebantur clamabant dicentes; O
sanna filio dauid benedictus qui uenit in nomine dni;

FER IIII LECT IACOBI APLI

Kmi patientes
estote usque ad aduentum dni ecce agricola expectat
preciosum fructum terre patienter ferens donec accipi
at temporaneum & serotinum; patientes igitur estote & uos
& confirmate corda uŕa quo aduentus dni adpropinquabit;
nolite ingemescere fratres in alterutrum ut n iudicemini